ed. Parigi 1561

ſatione: quia ſibi imputari non debet: quia fortuitos caſus qui præuideri non poſſunt, non præuidit. j. eo. capi. vlti. Bernardus. A

Diuiſio. Significaſti. Communis diuiſio. Secunda ibi, ideóque. Abbas.

CASVS. Quidam clericus cùm equitaret, equus tam ſe quàm ipſum proiecit in aquam, propter quod clericus equū grauiter calcaribus ſtimulauit: equus verò (cùm eſſet bucca durus) præter voluntatem ſeſſoris raptus eſt in curſum, & quādam mulierem quam obuiā habuit interfecit. clericus ad papam acceſſit. & ipſe fecit inquiri ab ipſo vtrum equi vitium prius ſciret: & ille aſſeruit ſe ignoraſſe. mandat papa epiſcopo ſuo quatenus ſi eſt ita, ad cautelam iniungat ei pœnitentiam competentem: qua peracta non impediat ipſum quo minus in ſuſcepto ordine miniſtret, & ad maiores valeat promoueri.

Nota quòd quis tenetur probare ignorātiam ſuam. Item quandoque pœna indicitur ad cautelam. Bernardus.

a *Improuiſo.* & ſic nō affuit occidendi volūtas.

b *Sciuiſſet.* Quia ſi ſciret, non fuiſſet abſque culpa, cùm ſciret ſe non ſufficere ad ei⁹ retentionem. ff. ad leg. Aquil. idem iuris. §. j. cùm affectare quiſque non debeat in quo intelligit vel intelligere debet infirmitatem ſuā aliis periculoſam futuram, vt ibi dicitur. inſtitut. eodē. §. impetu quoque. ver. ſed & ſi. & ſuprà eodem, dilectus. argu. hic enim leuiſſima culpa facit hominem irregularem [a]. ſuprà eod. continebatur. Bernardus.

a Secūdum Io. Vnde dicebat Goffr. ꝙ ſi ab inſtructo & perito in equitādo potuiſſet hoc præuideri, imputaretur ei. j. ca. vlti. Ioan. Andreas.

Gloſſa ſequēs quærit & ſoluit.

c *Si ita eſt.* Sed qualiter conſtabit de hoc? Quia forſitā ſol⁹ erat. Ob defectum probationis per iuramentum proprium faciet fidem: quia ſolū Deum habet vltorem. C. de reb. credi. l. ij. & præcipuè cùm de cōſcientia alicuius quæritur, ſtatur iuramento ipſius. ſuprà de ſenten. excommunicatio. ſi verò. ij. & . ī. de teſti. præſentium. & . ī. de excep. paſtoralis. & ſuprà qui matri. accu. poſ. cùm in tua. & . xxxj. quæſtione. ij. ſi verùm eſſe. & præcipuè ſi eſt bonæ famæ: vt. ff. de re milita. non omnes. §. a barbaris. Et ſuper hoc poterit adiūgere compurgatores [b] propter excellentiam ordinis. j. de purga. cano. ex tuarum. quia circa maiora cautius eſt agendum. vij. quæſtione vlti. capi. vlti. & . ff. de Carbo. edict. l. j. §. ij. & . xlij. diſtinct. quieſcamus.

b Non putat Hoſtiē. hoc neceſſariū niſi laboret infamia. ſuprà c. 2. et. j. tit. 2. Io. And.

d *Ad cautelam.* infrà eod. ſignificaſti. propter ambiguum duplicitatis. xxiij. q. v. excommunicatorum. Sicut ad cautelā quandoq; aliquis abſoluitur. j. de ſent. excō. venerabili. & . ī. de appel. ad præſentiam. & . ī. de teſti. veniens. ij. in fi. Ber.

e *Competentem.* Arbitrio ſuperioris. Et leuis debet eſſe, cùm in culpa non fuerit. Bernardus.

in monaſterio ad altiores ordines promoueri.

Idem epiſcopo Paduano.

Summatur vt ſuprà eo. dilectus.

CAPITVLVM XVI.

j Significaſti nobis ꝙ cùm F. clericus equitaret, equus cui inſidebat, tam ſe quàm ipſum proiecit in aquam. vnde clericus ipſum grauiter calcaribus ſtimulauit. equus verò cùm exiſteret bucca durus, præter voluntatem ſeſſoris raptus in curſum, mulierem quandā quā obuiam habuit, ex improuiſo [a] pedibus interfecit. Cúmq; nos ab eodem clerico feciſſemus inquiri vtrum equi vitium prius ſciuiſſet [b], illud aſſeruit ſe ignoraſſe. Ideóque mādamus quatenus ſi ita [c] eſt, ad cautelam [d] iniungas eidem pœnitentiā cōpetentem [e], qua peracta nō impedias quo minus in ſuſceptis miniſtret ordinibus, & ad maiores valeat promoueri.

Idem.

Non cenſetur homicida is quo prohibente & cauſam non dante à conſanguineis homicidium committitur.

CAPITVLVM XVII.

Petrus diacon⁹ & monachus ſancti Ioannis de Puna, ſua nobis inſinuatione mōſtrauit, ꝙ cùm ipſum quondam in ſeculari habitu in eccleſia de Rigelo beneficium obtinentem, abbas illius eccleſiæ eodem beneficio ſpoliaſſet: cognati & amici eius irati plurimū & commoti, nocte quadam in domo diaconi cōuenerunt, & cœna facta dicebant quòd vindictā volebant ſumere de abbate. inhibiti autem expreſsè ab eodē diacono ne abbatem occiderent, aut aliquid D ſibi facerent vnde ordinis ſui diſcrimen incurreret, & animæ detrimentum: nihilominus irruerunt in eum, & plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo relicto: qui poſt dies aliquot expirauit: & infrà. Quocirca mandamus quatenus ſi præmiſſa noueris [f] veritate ſubnixa, ſæpedicto diacono non ſolùm in diaconatus officio miniſtrare, ſed etiam ad B ordinem presbyteratus aſcendere (ſi aliud canonicum non obſtiterit) liberā concedas auctoritate apoſt. facultatem, præſertim [g] ſi ſuper hoc non fuerit reſperſus infamia: cùm ei non debeat imputari quod contra prohibitionē [h] eius expreſſam, eo cauſam vel occaſionem [i] nō dāte, auſu ſacrilego fuit ab ipſi⁹ conſanguineis attentatum.

Idem abbati ſanctæ Trinitatis de Meldemberg.

Irregularis cenſetur qui alium lethaliter percuſſit, licet ab aliis fuerit extinctus. idem ſi apparet an lethaliter, ſi etiam percuſſus ab aliis obiit, & non apparet ex cuius vulnere deceſſerit. idem eſt ſi percuſſerit non lethaliter, ſi animum occidendi habuit, & ex aliorum vulneribus percuſſus expirauit. hoc dicit notabiliter. Abb. C

CAPITVLVM XVIII.

ij Significaſti nobis quòd cū quidam maleficus ingreſſus eccleſiā euchariſtiā cū altarium ornamētis & libris eccleſiaſticis extra eccleſiā aſportaſſet: L. presbyter canonicus eccleſiæ regularis præfatum iniquitatis filium foſſorio arrepto percuſſit: ſed ſi ad mortem fuit ictus huiuſmodi, tu & ipſe penitus ignoratis: quem parochiani eccleſiæ vidētes ornamenta eccleſiæ aſportantē, arreptis gla- D

Diuiſio. Petrus. Primò facti narratio. Secundò prouiſio. ſecunda ibi, quocirca. Abb.

CASVS. Petrus diaconus & monachus dum olim eſſet in habitu ſeculari quoddam beneficium obtinēs in eccleſia de Rigelo, abbas illius eccleſiæ ipſum eodem beneficio ſpoliauit: propter quod amici illius commoti, nocte quadam in domo diaconi conuenerunt: & cœna facta dicebant ꝙ volebant vindictā ſumere de abbate, ſed diacon⁹ illis expreſsè inhibuit ne abbatem occiderent, aut aliquid facerent vnde poſſet periculum ſui ordinis incurrere. ipſi nihilominus irruerunt in eū: & plagis īpoſitis poſt aliquot dies expirauit. monachus iſte domino papæ rem per ordinem explicauit. vnde mandat papa epiſcopo diœce. quaten⁹ ſi præmiſſa vera ſunt: diaconus prædictus non ſolùm in diaconatus officio poterit miniſtrare, ſed etiam ad ſuperiores ordines poterit promoueri, niſi aliud canonicum impediat: præſertim ſi ſuper hoc non fuerit infamatus: cùm ſibi obeſſe nō debeat quòd cōtra prohibitionem ipſius expreſſam, eo cauſam vel occaſionem non donante, fuit ab ipſius conſanguineis attentatum. Nota quòd infamia reſperſus promoueri non poteſt. Itē non eſt imputandum alicui quod contra ꝓhibitionem eius expreſſam actum eſt: alioquin dolus alterius ei obeſſet qui culpabilis non fuiſſet. Item qui cauſam vel occaſionem damni dat, dānum dediſſe videtur. Bernardus.

Gloſſa ſequēs quærit, & remittit.

f *Noueris veritate.* & qualiter poterit ei de hoc conſtare? Dic vt dixi ſuprà eodem capitu. proxi. [c] & ſi infamatus eſſet, ſe expurget. j. de purga. cano. ex tua. niſi graue ſcandalum eſſet. ī. eo. ex literis. & . j. ca. proxi. argu. Bernardus.

e Et ibi dicit quòd per iuramentū. putat Ho. hoc probari poſſe per teſtes ſi qui fuerūt prohibitioni præſentes: et in defectum etiā per illos quibus prohibitio facta fuit: de teſtib. co. c. fin. Ioan. And.

g *Præſertim.* id eſt tantum: quia ſi eſſet infamatus, debet ſe purgare, vt dixi. Bernar.

Gloſſa ſequens reci. per quæſtio. quid ſi non prohibuiſſet. argu. pro & contrà. & ſoluit.

h *Contra prohibitionem.* Sic & ſuprà de ſimo. ſicut. ij. imò etiam ſi non prohibuiſſet: dummodo tamen non dediſſet conſilium, non tenetur. j. quæſtione. iiij. quia præſulatus [d]. vbi eſt ſimilis caſus. Nec de voluntate debet aliquis ſe purgare. Argumentū contrà in præceden. capi. quia præſulatus. ibi, quòd abſque ſua voluntate. & infrà capitu. proxi. C. de fide inſtrumen. l. vlti. C. de his qui ad eccle. confu. præſenti. circa princip. quod videtur potius conſentire: quia ſi eo audiente & non contradicente & tacente talia dicebant, conſentire præſumeretur, vnde imputaretur ei. Vin.

d Vbi de hoc: vbi etiā not. nūquid læſus teneatur actione iniuriarum remittere ſi ſcit quòd aliàs ſui lædentem occiderit: Ioā. Andreas.

i *Occaſionem.* nō intelligas iſtud ita largè, ne ſit cōtra. xxiij. q.

Digitized by Google